



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib.  
XII**

**Caesarius <Heisterbacensis>**

**Antverpiae, 1605**

De vsuraria de Bachem, cuius anima à daemonibus in specie coruorum  
euulsa est, cap. 41.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13177**

brachia mouit, ad instar numerantis pecuniam: mis-  
sum est pro Gerlaco, ut diabolum à vexatione corpo-  
ris exorcismis cohiberet: quod cùm fecisset, corpus  
quieuit, & cùm adjurare cessaret, illud non cessauit,  
nunc crura nunc manus mouendo. Tunc tollens ari-  
stas, aquæ benedictæ intinxit, & ori eius immisit, quas  
illa audissimè masticare cœpit, tandem tollens stola,  
cum exorcismo collo eius circumligauit, sicquedæ-  
mones ab eius corpore compescuit. Erat ibi tempo-  
re eodem rusticus quidā, qui dicebat sacerdoti: Seia-  
ris domine, quòd diabolus in hac nocte stupenda o-  
perabitur in hoc corpore. Referam enim vobis simi-  
le, quod temporibus contigit pueritiae meæ.

## CAPV R XLI.

**F**Verat in Bacheim, villa proxima, famosa quædam  
vsuraria: hæc cùm moritura esset, campum totū  
coruis ac cornicibus vidit repletum, & clamauit  
fortiter: Ecce modò appropinquant foris ad me. Et  
adjecit; ô wi, ô wi, modò sunt in recto, modò in do-  
mo, modò peccatum meum laniant, modò animam meā  
extrahunt, sicque cum v lulatu efflauit spiritum, à dæ-  
monibus ad inferos deducendum: qui eadem nocte  
corpus de feretro, multis, qui aderant, videntibus tol-  
lentes, vsque ad tectum leuauerunt, & cùm trabi im-  
pingerent, iuxta limen ostij illud cadere sientes, cō-  
fregerunt. Extincta sunt luminaria, fugerunt homi-  
nes, manè in iam dicto loco corpus reperientes, quod  
bestiali sepulturæ tradiderunt.

## CAPV R XLII.

**I**N diœcesi Colonensi ante paucos annos miles  
quidam defunctus est nomine Theodericus, vsura-  
rius admodum nominatus: hic tandem infirma-  
tus, materia ascende in cerebrum, factus est phren-  
eticus: qui cùm quotidie dentes & os moueret, dixer-  
runt ei ministri sui: Quid comeditis domine? Re-  
spondit ille: Denarios ego mastico. Visum ei fuerat  
quòd denarios ori eius dæmones infunderent: Non  
possum, inquit, sustinere dæmones istos, portate me  
ad monasterium Rodey, boni illic homines sunt, forte  
auxi-